+

(72)

340 429

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Pax chri.

Esperé la de V. r. en Madrid hasta el jueves passado, 12. deste
pero yo me hallava tan mal, q̃ me determiné a venirme
aquí; porq̃ allí ni estudiava, ni tenía dia de gusto, parte
con unos deudos q̃ me matavan por intercessiones, parte con
tener mis estudiantes con incomodidad, y no poder hazer cosa
de provecho. No me atreví a torzer el camino, por temer la di
ficultad de la entrada de aquí, q̃ con todo esso la tuve grande
y los malos noches, q̃ dos q̃ passe me maltrataron. Al fin llegué
bueno, y lo quedo, y de asiento por aora, y a saliendo la e
entrando el 4º tomo, parte para q̃ se vea, y parte para q̃ se tras
lade, y aquí le voy perficionando en lo q̃ falta, para q̃ la queda
de [illegible] a punto antes de trasponer. Solo me resta para
yr con consuelo despedirme en presencia de V. r., pero no veo
buena traza; V. r. me avise si la puede aver, q̃ aunq̃ sea con
algun trabajo por no me quedar [illegible]. Pero si no fuere possible
no dexe V. r. de apuntarme en lo q̃ respecta de auxilio sufficien
te, y efficaz, porq̃ no me quietaré hasta entendello.

He visto los papeles del P. Molina, aunq̃ los vi oy a medio
dia, y a me hecho grã fuerza en acaballos de ver, porq̃ el espíri
y modo de dezir me fatiga grandemente. y dellos el q̃ tiene
por titulo Explicantur materiae no tiene cosa nueva, ni me parece
q̃ tiene sustancia ni suspension ninguna, y assi no tengo q̃ dez
en el. El otro tiene dos partes, la 1ª trata de concursu ge
nerali ad actus supernaturales, en lo qual me descontentó
grãdemente, como apunto por letras brevemente en otro pa
pel q̃ con esta va. La 2ª trata de principio proximo, et
physico primario actuũ supernaturaliũ, quia ab habitibus non
procedunt. En el qual punto tengo por probable la opinion del P.
Molina, como en su libro dize, pero algunas cosas q̃ aquí dize

de persiguen, y para soltar mis argumentos me an parecido muy ex
traordinarios, y me contento q̃ por prueva de mi justicia, q̃ mis ar
gumentos hagan dezir semejantes ~~[illegible]~~ cosas como apuntare en el
dicho papel si tengo tiempo, pero ya van puestas letras, q̃ haran
luego reparar. Y V.a lo dos cosas no dexare de apuntallas, su
plico a V.r. los advierta. y q̃ ese papel sea para V.r. solo, et unus
abundet in suo sensu.
Holgare mucho de ver la carta del P.e Bastida, y q̃ V.r. me escriviera
las q̃ vezes q̃ predicare mientras estuvieremos cerca. En los dos pun
tos q̃ V.r. dize, no se me da nada q̃ alla se repare. Porq̃ el desagrado
aunq̃ V.r. dize q̃ conviene. Pues esotro siendo tan claro de
S. Thomas y de todos los antiguos scholasticos, y segun ellos y la verdad
de S. Augustin, solo importa q̃ por una novedad, fundada en sola apa
rencia, y energia de palabras, se repare en el: y yo estoy cierto q̃
en Roma sera bien recebido, y de gran importancia, para q̃ nuestra
doctrina no se desdore. y esto me movio a hazer fuerza en ese
punto. y suplico a V.r. le torne a considerar alguna vez, y
pondere el capitulo q̃ yo ando respondiendo, y advierta, q̃ los A.
dos ordenes q̃ yo pongo, tambien los ponen los otros, sino q̃ l[e] en ambos la lib[er]
tad. Los efectos q̃ dependen dellos no quieren q̃ la intencion de dios sea effi
caz, porq̃ se quitaria la libertad, el qual fundamento tengo por evidente
mente falso, y perniciosso. Porq̃ segun el ninguna cosa libre, solo q̃ se
aya de ganar por acto libre puede dios ordenar efficazmente antes q̃
vea el uso libre como futuro absolutamente. y assi ni pudo eligir a
Nra S.a por Madre efficazmente, hasta ver q̃ lo merecia, et similia. Con -C-
fiesso a V.r. q̃ tengo grande aprehension, q̃ nos importa para q̃ no dar mal
nombre a nra doctrina ni deslizar en muchas cosas del modo de
hablar de S. Augustin y de los S.tos y aun de la scriptura, apoyar esta parte
q̃ tan recebida a sido hasta agora en la yglesia. y yo e visto ya E
fruto de ese libro, quanto a esto, etiam en esa provincia. No puedo
mas. Guarde nro S.or a V.r. Avila, y Agosto, 17. 99.

La de V.r. me hallo desembarazado, y sin escrivientes
una tarde, porq̃ los avia embiado a Un regozijo, y assi
por no impedir otro dia el curso de lo q̃ dicto, escrevi
luego la misma tarde ese papel de mi mano, q̃ le
costara a V.r. algo de leer. Pero por charidad V.r. le lea con atencion, y special mente
... V. procuro satisfazer mas a V.r. q̃ al padre holgaremos de acertar todo a de
..., y cierto no veo dificultad de momento. ultra de q̃ esa opinion es antiquissima,

Fran.co Suarez

Notationes breves circa dictum primum punctum

430

341

A. Constat hoc esse falsum, quia Deus ut causa universalis est causa per se actus credendi ut talis est, quandoquidem? Deus eisdem possetque concurrere ad actum oppositum, et esse etiam esset ad id paratus, tamen hic et nunc postquam in hunc actum influit, eo influxu eius simul cum causa secunda habet talis actus, quod sit actus fidei, potius quam alius.

B. Idem hic dicendum censeo. Nam Deus ut causa universalis est causa per se actus supernaturalis ut talis est, quia Deus ut causa universalis est causa actus secundum totam rationem eius, ergo actus ille est supernaturalis non solum propter concursum gratiae excitantis sed etiam propter influxum Dei.

C-D. Haec, <u>per amicum Deum</u>, valde displicent propter rationem tactam, quod Deus est causa per se; item quia non contingenter, et casu concursus ille Dei sit supernaturalis, sed ex intentione et voluntate ipsius Dei, applicantis suam potentiam ad talem influxum praestandum, si voluntas cooperari voluerit. Multa alia occurrunt propter quae valde displicet illa doctrina, et animadversione aliqua digna videretur. Sed non possum immorari.

E. Ego existimo actus supernaturales, id est, secundum quandam accommodationem, [illegible]

Biblioteca Universitaria de Granada

sub ratione naturae esse a libero arbitrio, et sicut dicta alia a gratia, tamen interea habere quod supernaturales sint a libero arbitrio sic concurrente, s. ut elevato per auxilium gratiae; hoc enim non agit proprie per naturales vires, ut naturales sunt, sed ut partiale sub alteriori ratione agendi: quia vires naturales ut sic nihil possunt ad actiones et effectus supernaturales. Sed de hoc alias.

F. G. Ista doctrina, quae inter has duas litteras continetur, valde displicet, et sine probatione asseritur; nam si aliqua insinuatur, tam obscure proponitur, ut a me vix concipiatur. Ratio vero evidens (quae brevissime mihi) contra illam est, quia concursus dei ad singulos effectus debet esse proportionatus, et ejusdem ordinis, et talis effectus ab ipso Deo, non per accidens, sed per se ex intentione sua. Alioqui nullo modo posset ab illo produci[+].

[+] quod haec causa, scilicet deus, seu voluntas humana habet aliquam causalitatem respectu influxus divini vel illius, qui per se talis non esset, possit per accidens supernaturalem reddere.

H. I. L. M. Rationes quae contra nostram sententiam hic insinuantur frivolae sunt. Nam licet Deus offerat determinatum concursum, non tamen per se sufficientem sine cooperatione causae secundae, et idcirco illius influxus necessarius est. Cur autem Deus non dicatur causa particularis, ratio in promptu est, quia non limitatur ad hos vel illos effectus, sed in omnes influit: licet in singulis veramque actione particulari distinctam a reliquis.

Quod

quod est evidens cum ejus actio non sit alia ab
actione causae secundae. Si vero loquamur
Deus offerat determinatum concursum salva
nostra libertate, aliter a me explicatum est late.
scilicet quia non offert concursum ad unum
tantum actum, sed ad varios; neque offerendo
concursum determinat nostram voluntatem,
sed illi permittit determinationem non
sine tali concursu. Denique eadem ratione
non est, nec dicitur Deus causa peccati,
est tamen vera causa physica, et per se
totius actus, et entitatis peccati.

In 2° puncto.

N. Hoc nobis imponitur, expresse contrarium
dicimus eodem loco. Declaramus tamen gratiam
excitantem ipsam adjuvare et cooperari nostro
valitur. Hoc autem dictus auctor aut dissi-
mulare voluit, aut credidit id non suffi-
cere ut talis gratia creata dicatur adjuvans,
et cooperans, quod tamen falsum plane est. Imo,
quod attinet notandum est, cum Augustinus
loquitur de adjutorio gratiae, praecipuum
ejus ac negotium constituit in adjutorio
morali, nam de physico non multum curat,
ut late in diversis libris de auxiliis de-
claravimus.

O. Hinc facile intelligitur hic locus Augustini
et similia. Voluntas non adeo praevenitur, et praeparatur,
est in proxima dispositione morali intrinseca,
ut consentire possit si velit, nam quod attinet

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ad principium physicum actionis, vel ut habet illud in se ipso si habeat habitus, vel habet illud paratum per specialem influxum dei, debitum secundum legem ordinariam, homini sic vocato. Caetera quae hic dicuntur, de aliis patribus, et Concilio Trid. verba generalia sunt.

P. Etiam hic nobis imponitur, Non enim negamus gratiam adiuvantem esse aliquid creatum, sed asserimus non semper sufficere principia creata adiuvantia, sed interdum necessarium esse aliquod principium physicum increatum, vel creatum, quod est habitus nondum infusus esse aut praeintelligitur.

Q. Ea omnia, quae sub hac littera dicuntur extra causam sunt, pertinent enim solum ad alia quae nos alibi diximus, quamvis necessaria simpliciter non sint ad quaestionem quae proposita sunt tamen omnia probabilia, ea saltem id est quae dicuntur, sed non vacat.

R. In hoc saepe committit aequivocationem, quia non distinguit inter inclinationem physicam et moralem, et consequenter nec inter principium morale et physicum. Habitus enim inclinat physico modo per modum cuiusdam ponderis connaturalis: at vero consilium inclinat moraliter, sicut obiectum cognitum movet moraliter ac metaphorice; ~~[illegible]~~ et ad hunc modum inclinat gratia excitans, quae aut suavitatem spectat ex parte hominis, aut illustrationem ex parte obiecti. Non recte

igitur

sit collectio a similitudine inclinationis habitus, neque est vera generalis assumptio, quae in illo discursu insinuatur, omnem qualitatem vel actum, qui inclinat ad alium esse principium physicum ex parte illius. alioquin actus appetitus sensitivi essent principia efficientia actum voluntatis; quia ad illos inclinant, &c.

S. Nova et singularis ob hoc sententia, mihique incredibilis. quis enim credat inspirationes illas, quibus Deus allicit peccatoris voluntatem, ut eam trahat ad se super omnia diligendum esse perfectiores essentialiter, ipso dei amore super omnia, propter quem obtinendum dantur: cum charitas sit perfectissimum donum supernaturale inter omnia quae in via infunduntur. idem cum proportione intelligitur de assensu fidei, est enim sine dubio perfectior, quam illustrationes illae, quae assensum antecedunt. Praeterea hi actus sunt perfecte theologici, habentque nobilissima objecta tam materialia, quam formalia, et in modo suo sunt perfecti, quia sunt efficaces, et super omnia motiva naturalia, unusquisque in suo genere, cur ergo credendum est, illas motiones gratiae, quae antecedunt, et ad illos ordinant, esse perfectiores essentialiter? Maxime cum id sine ulla ratione, aut indicio probabili asseratur.

T. Hoc est etiam mirabile assertum, contra omnes, quos ego viderim, et sine ulla ratione, seu fundamento. Quia hic non est alia ratio

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

distinctionis, nisi elici, vel non elici ab
habitu, quae sola non indicare differentiam
essentialem, certum est. nihilque est magis
vulgare in metaphysica. Deinde primus
actus fidei elicitus ab eo, qui antea non ha-
bebat habitum, sed ad fidem convertitur, innititur
in prima veritate, et est tam certus, quantum Christi-
ana fides requirit, cur ergo fingemus esse
specie distinctum, aut essentialiter minus per-
fectum, quam sit secundus, vel tertius actus fidei?
similique argumentum fieri potest de amore
super omnia, vel contritione. Denique Deus non
exigit a nobis aliam fidem, vel amorem, cum
convertimur, quam postea in toto vitae discursu,
sed unum et eundem, unde Scriptura, et sancti
simpliciter, et univoce, de his actibus loquuntur,
tanquam de uno et eodem amore, vel fide.

R. Frivola est haec ratio, quia ut actus sit meritori-
us non satis est, ut sit ipse ita perfectus,
quoad suam entitatem, vel essentiam, sed necesse
est, ut procedat ab homine grato, seu quod
informetur gratia sanctificante. Unde D. Thomas
de eadem contritione ait, ut antecedit infusi-
onem gratiae ordine naturae non esse meritoriam,
ut vero iam informat illa, esse meritoriam
gloriae. Deinde sive illa prima contritio sit
essentialiter minus perfecta sive non, tamen
cum sit supernaturalis quoad substantiam,
certum est ex parte sua habere perfectionem essentialem
sufficientem ad meritum, si aliae conditiones con-
currerent, ergo idem dici potest optime, etiamsi sit
essentialiter aeque perfecta. Quare ob rationem
meriti

necesse non est hos actus distinguere imo 433 ‡ Aora me an mostrado un lugar de la concordia. Disp. 44.* fol. penult. §. illud postremo, donde dize el autor todo lo contrario, q[ue] aqui escrive. No se si mudo opinion, o se contradice, y no se qual es peor.
videtur repugnantia in verbis dicere, contri-
tionem continuatam post primum instans iustifica-
tionis, distinctam esse specie a se ipsa in primo
instanti iustificationis. Nam si est specie distincta,
est novus et distinctus actus, quomodo ergo
est continuatio, aut distinctio a seipso. Quod
si verba in rigore sumpta sint, pro immediato
transitu ab uno actu ad alium; certe hic ipse
transitus est incredibilis, contra omnem experien-
tiam, et contra omnem modum operandi humanum
multiplicando, scilicet, actus, sine nova aliqua ad
veritatem consideratione, aut reflexione, et perse-
verando in priori actu, per solum in[illegible]
nostri temporis, &c. ‡

* in edit. antuerpiensi disp. 46.

X. Hic non solvitur nostrum dilemma, nam si isti motus
gratiae praevenientis sint naturales quoad
substantiam, (ut est valde probabile, quidquid
hic auctor dicat) non possunt esse principia physica
et connaturalia actuum liberorum supernaturalium.
Si vero sint etiam ipsi supernaturales quoad
substantiam, et sint a nostris potentiis (ut vere suppo-
nitur) certum est non posse ab illis fieri virtute
tantum naturali earum, sed requiri aliquod prin-
cipium supernaturale, quo eleventur; quaero ergo
quod illud sit, Respondet hic auctor, et bene,
esse Deum ipsum per suum immediatum, et supernatu-
ralem, ac particularem influxum. Hic igitur ego
interrogo, cur non potuit illud dici, de primo
actu fidei, vel contritionis, aut amoris super
omnia. ‡ Nulla profecto ratio disparitatis afferetur.
Et necessitas est eadem, quod est meum fundamentum?

344a

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

In hac materia. Cum hi actus primi non possint effective procedere ab habitibus, qui ratione illorum infunduntur, ut alibi late probavimus, et ipsius autor admittit: neque etiam possint elici ab aliis qualitatibus transeuntibus, qui non sint actus vitales, nam hae nullae sunt, ut ibidem probavi, et videtur etiam hic autor supponere; neque etiam possint effective fieri ab actibus vitalibus gratiae praevenientis, seu excitantis, ut rationes hic relatae, et non recte solutae, videntur demonstrare: praesertim quia in ordine supernaturali sunt illi actus valde imperfecti comparatione aliorum, ergo supplet Deus per se efficientiam habitus, quia non potest aliud principium excogitari. quod non est inconveniens, cum illa sit tantum physica causalitas, et ipsa non sit vitalis, nec necessaria esse debeat a principio intrinseco inhaerente; et aliqui etiam supponant praeparatam per gratiam excitantem, et moraliter adiuvantem, ad huiusmodi elevationem, quam praeparationem non habent respectu ipsorum motuum gratiae excitantis &c.

Y. Consideret verba Augustini ibidem paulo antea citata, et facile intelliget, ad summum colligi, moralem motionem, efficientiam, seu adiutorium.

2 Hoc profecto impossibile est, quia sola illustratio intellectus, qualiscumque illa sit non potest supplere improportionem quam voluntas ex se habet ad eliciendum supernaturalem amorem. quidquid ... sit de concursu objecti cogniti, vel cognitionis ad amorem, requiruntur sufficientes vires ex parte appetitus, et has non habet voluntas ex se ad amorem supernaturalem, ergo nisi Deus per habitum vel aliomodo illas suppleat, non sufficit visio &c.

344b

[illegible]

P. fran.co Suarez de m.a
de auxiliis.